



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 21. Plurimum refert, filias vestras tradere Dei famulis vxores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

quis, festisque denuntiunt, in quibus ad eorum honorem peccata confitentur, Sacram celebrant Synaxim, elemosynas distribuunt, quotidie singularibus invocant orationibus, ut hora necessitatis imminente, habeant, ad quorum confugiant orationes, & suffragia praestolentur: habeat qui illis respondeant, habeant Deo familiarem, ad quem orationis tempore conuertantur. Hoc

Ser. 1. SS. u D. Leo Pontifex asserit: sicut nos experti sumus, & Apostolorum Petri inter omnes labores istius vitae, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuvandos. Et hanc Dei erga nos, non minimam suspicimus misericordiam, qua nos voluit habere Sanctos, qui nostri sint intercessores, ut hoc modo nostra debilis exciteret animosus fiducia & eorum roboretur infirmitas, qui suis distiis meritis & obruti miseris directè coram divina non audeant se offerre maiestate.

III. Admiror visionem illam Moysis, quam ipse enarrat, morti proximus: *Domus de Sinai venit, & de Sery ortus est nobis: apparuit de monte Pharaon, & cum eo Sanctorum millia. In manu eius ignea lex: dilexit populos: omnes Sancti in manu illius sunt.* Exortiu quid plenumque mysteris. Nemo non nouit, Dei manum bonorum omni esse depositarium: *In manu eius diuitia & gloria. In eius manu sunt omnium potestates.* Estque velut area gratiae, scilicet gloriae salutis, vitae, &c. illas etenim aperiendo, singulis, quae necessaria sunt, elargitur: *Aperis tu manū tuā, & impletur omnia animal benedictione:* Illo in loco, quo velut in area bona continet vniuersa, suos reponit electos, ut intelligas, quod si quidquā ex Dei cupis manibus adipisci, fiat necesse est, Sancti alienius intercessione. Hoc autem ita voluit, quia te diligit: *Dil. xii. populos.* Quis enim sapiens, non hoc summo reputet beneficio, si Rex suorum bonorum & eorum creet fratrem suum, aut aliquem ex eadem regione sibi contribulem? Ad Deū tantam terribilem maiestate propius accedere pertimescis? En electos suos statuit fratres tuos velut misericordiae suae bonorumque liberalissimos oecumios. Illos habeto familiares, & quorundam nomina sunt tibi apprimè cognita, quos afflictionibus attritus potius invocare: dum autem te his ereptum videris, illis gratias agas, velut salutis tuae mediatoribus.

V. Hoc Angeli praeceperunt Heliodoro duci, vltra quam credi potest, audacissimo, qui caelesti praecepto captis sui periculo laborabat. Pro cuius incolumitate, Summus optimusque intercessit Pontifex Onias, litans Deo victimā salutarem:

quo tempore Summus Sacerdos Onias offerendis Deo sacrificiis occupabatur; accedentes Angeli dixerunt Heliodoro: *Onia Sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit, tu autē de Deo flagellatus, nuncia omnibus magnanimitate Dei & potestatem.* Omnibus, quanti faciat Sacerdotem, voce praecōnia proclama: cuius meritis à mortis erutus faucibus incolumis evasisti. Similiter mandauit Imperator Constantinus tribus illis Tribunis gratias referrent D. Nicolao Myrae Anusitici: Captiuos, & falsis informationibus conuictos morte eodemnati: Ipsi tetro illo carcere conclusi D. Nicolai Myram regens Episcopi suffragia supplices implorant, cuius miracula toto orbe celeberrima ferebantur. Notu vir istius apparet Imperatori, quiescenti, reorum exponens innocentiā mandari quā primū merita donentur libertate. Mane illucescente, solutos à vinculis auocat Imperator, cuique praefatus sciret orationem qua se D. Nicolai Myrae Episcopo commendatam, liberati iecti: uti iungit: *Vite ad eum, & gratias illi reddite, eique meo nomine nuntiate, quid sui gratia fecerim: per quos & in aeterna munusculi Imperator honoratur: si autem agitur sit a. Cij ad hunc in mundo degenis auctoritas, ut diximus, & adhuc vitae mille subditi calamitatibus, ac passibilis: quanto, credidit, etiam efficaciter plurimum oratio Sanctorum, qui pauci vitae ageris absoluit beati perfuuntur. O te felicem viderem, o sanctam! plures pro te sancti medij deprecantur. Nihil de salute tua dubitandum.*

§. 21. *Plurimum refert, filias vestras trahere, Dei famulus uxores.*

Pondera deinde quam operato sine mater hanc filium in matrimonium dederit viro sanctitate conspicio, nempe D. Petro, cum ex hoc illi fors illa contigerit felicissima, quod Christus suas aedes intravit, saluem adferens milleque beneficia, ex quo similiter in ellipse quanti tibi referret, ut in thorum matrimonii filiorum, hoc attenderes, si cum personis interrentur probitate praclaris, quae Deo amicitia coniungantur. Quod minus hodie consideratur, hoc esse dolemus, & id tantummodo considerat, qui filium collocat, v. vxor diuite dote intumescat, multis turgat diuitiis: qui vero filiam tradit, ut maritus opibus abundet, sit optima valetudinis, in mundo dignitate floreat, unde sequitur, ut nec patet Deum in suis habeant

modis, nec salutem, quæ tempore consequatur. Si quid intelligo, quotidie in mundo contingit, quod quodam tempore discipulis contigit filiisque prophetarum. Fame laborabant, nec quod comederent inveniebant; exierunt in agrum ut herbas in escam sibi colligerent. A longe plantam conspicunt viridem, venustam, luxuriantem, cuius frutices pampini videntur, & mutuo colloquuntur: proli quam hæc domui nostræ commoda, illa nostram impleamus ollam. Non vterius inspexerunt quam quod oculis corporis offerebatur, & exterius apparebat, quod foret cæna lautissima & sapidissima, erat autem herba hæc in se, ipso felle amarior: erant enim colocynthides, herba pestifera, & mortalis si vel vlla. Domum deferunt, cæteris commiscunt, impleuntque cacabum, sibi mutuo de sorte optima, herba scilicet inventa, congratulati, qua nula fastidior, nulla salubrior. Paulo post ad mensam affidentes, cum ex apposito cibo gustarent avidius, in lacrimosas singuli voces, lamentaque prorumpunt: *Mors in olla mors in olla.* Nonne pampini erant? Esse videbantur, & sola exteriori contenti apparentia, delusi sumus, & non nisi dolor, amaritudo, perditio mors esse conuincitur.

Quoties in mundo volunt parentes filias in matrimonium collocare, illis quibus mirum in modum afficiuntur. Totam percurrunt & considerant civitatem, Talis à longe vident filium, aurea pinnis illis apparet, opibus affluit, officio primario præcellit amicis effulget, dignioribus, aunteque, quam hic bellæ nostræ familiæ congnit: adducamus illum huc, sociemus illi filiam, ex illo & illa pulmentum construamus. Ut dictum, ita factum: sibi milites congratulantur, & post pusillum, quando avidius incipiunt probare conditionem, omnes ingemiscunt omnes exclamant: *Mors in olla: peccat ille, qui me tali tradidit.* Væ illi, qui huic se ingessit negotio &c. Amara omnia, dolor, angustia, mors: nec immerito: cum ad exteriorem tantummodo rerum attenderitis abundantiam, & illis quæ corporis oculis apparebant, mores, virtutem, pietatemque non trutinastis, nec horum aliquid appendistis: quære filio tuo, mulierem piam, taciturnam, prudentem, sagacem; hæcque sit dos filio optanda principalis. Inquire filia tuæ viram prudentem, ingenio maturum, pacis amatorem, Deum timentem, qui diuina frequentet Sacramenta: ex illis etenim maioris momenti tibi bona promanebunt. Proli quam illarum mulierum fors desideranda, quæ mundo in ruinam

propendente, filiis Noë nupserunt à pietate commendatis: vnde cæteris omnibus miserando pereuntibus interitu aquis diluuij demeritis, illa ob fœceri maritorumque virtutem in arca conclusæ, & orbis conseruationi referuata: incolumes evaserunt: illi similiter, qui filias Lot duxerant vxores, Sodomitico cippi poterant incendio fœceri sui meritis, si sano illius voluissent acquiescere consilio: cui sic Angeli: *Habes hic quempiam tuorum? Generum aut filios, aut filias.* *omnes qui tui sunt, educ de urbe hac.* Tales tibi conquire loceros, & loceros, maritos & vxores filiis tuis & filiabus: hoc enim ex bonis, quæ illis conferte posses, erit vel maximum. Ob mariti filia suæ merita bona hæc vetula domi suæ, quidquid boni desiderare poterat, habet, Saluatorem nempe, qui vires reslauet perditas, & optatam conferat illi valetudinem.

Hinc (inquit D. Chrystost.) perditionis mundi, quoad matrimonia scaturigo, hinc omne malum: quod nullius rei ratio maior habeatur, quam facultatum, pulchritudinis, cognationis, nobilitatis, terrenorum. Satis non possumus admirari quod de Abraham & Lot eius nepote narrat Scriptura. Egreditur de terra Egypti Abraham cum Lot versus Palæstinam, ad illam accedunt partem: quam Iordanis irrigabat, ambo facultatibus abundabant, eorum quique greges alebat pecorum ut minorum ita maiorum numerosissimos. Cum autem angustia nimis illa esset regio, gregibus amborum alendis pascua non sufficiebant: vnde inter eorum ouium opiliones quotidiana dissidia rixæque emergebant. *Non poterat eos capere terra.* Abraham ut prudentia præstantior, ad se Lot nepotem, vbeat, charissime, fratres sumus, nec ratio suadet consanguinitatis, ut quotidie rixarum intricemus occasionibus. En tota coram te regio, diligenter illam contemplare, quæ amlibet elige prior partem, si dexteram elegeris, ego cum pastorebus, meisque gregibus ad sinistram defectam: si hanc volueris, ego alteram occupabo. Attollit Lot oculos & terram omnem diligenter admodum inspicit, videtque totam Sodomæ regionem fecundius irrigatam, herbis vestitam salutariferis, pascuis alendis pecoribus abundantem, floribus arboribusque constam, ut terrestris videretur esse paradysus: *Erant sicut Paradysus Domini.* Hanc, inquit Lot, mihi seligo: placet etenim, Elegit sibi Lot regionem circa Iordanem. Optatis fortuna respondeat, inquit Abraham illam posside, illam inhabitata ego verò versus Occidentem, ad terram Chanaan proficiscar; *Abraham habitauit*

Gen. 12. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Gen. 13. *bitavit in terra Chanaan: Lot vero moratus est in oppidis, quae erant circa Iordanem, & habitavit in Sodomis.* Addit autem S. Scriptura, declarans, quā imprudenter Lot regionem illam elegerat: *Homines autem Sodomitae pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Multum de electione sibi sua gratulabatur Lot, & partem suam iudicabat optimam: eo quod terrae fertilitatem, & opulentiam attenderet, exteriorem eius speciem, arborum celsitudinem; attamen non ad hoc reflexit imprudens, quod populo propinquaret, & loco iungeretur, peruetlo nimis & intemperata cupiditatis, venerisque flagrantissimo, quid inde? Confestim hostes irruerunt, eum captivum abduxerunt; & substantiam deprædati sunt: ita ut extrema necessitas coegerit patrum suū Abraham, arma fumeret in eius exitu defensionem, damnataque illata refarciret: exinde ad tantas impulsus est angustias ut solus comite coniuge, conductis filiabus inde discedere cogeretur: & quidquid in Sodomis possidebat, domum, facultates, armenta, greges omnia flammis videret interire. Heu te miserum, qui oculos solummodo intendisti fertilitati, pulchritudini, terræque vberitati, proceræ, & frondosæ tibi arbores placuerunt: peruersos populi mores neglexisti, peccatorem esse Deique inimicum non attendisti.

V. Deus ita me seruet: quoties hoc contingit, unde tot in coniugijs infortuna. Quot huic similes in mundo successus videmus: quod alter ut puellam ducat, & parentes, ut filijs de vxore prospiciant, aut filijs de merito, suos tantummodo oculos respiciunt in terræ fertilitatem & fructuum vberitatem, quod multa sint opes, plures possessiones parentes honorabiles, & vicius arbores frondosæ in mundo carioris caput alijs attollant, qui nec ad mores, nec ad vitæ perfectionem, nec ad Christianam conuersationem, vel semel attendunt: Unde confestim sequuntur bonorum naufragia, grauioribus affliguntur aduersitatibus, quas Deus in peccatorum suorum permittit iuste supplicium, nec multo post tempore comburantur omnia, consumuntur omnia, conteruntur omnia. Huic prius intendas, talem elige, qui vir sit timoratus, Christianus spectabilis moribus, conuersatione non reprehensibilis. Ex Abraham dilecti (sic te mouent D. Chrysost. D. Ambr.) qui licet in omnibus se prudentem ostenderit actioibus, in illa tamē singulariter, in qua de eligenda vxore filio suo Isaac agebatur, filio suo dilecto qui patri ex optimis moribus merebatur esse charissimas, præsertim autem obedientiam commendabilis: cum

insuper esset filius per miraculum à Deo concessus, ex cuius semine familia sua toto fore orbe illustrissima, eo quod ex ea promissus naceretur Messias & Patriarcha sanctissimus ingravescente iam ætate, centum quadraginta annis senex, vxore mortua, filio vnico Isaac, & heredi ex asse (s) de sponsa iudicat providendum. Ad hoc vocat famulum, qui cæteris & obsequio & fidelitate præcedebat: *Dixitque ad seruum sciorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat.* Et vult ab ipso iuramento, quæ tractanda per ipsum erant, confirmari. Noueris, hoc mihi decretum tradere filio meo Isaac vxorem, quod tibi fidendum iudicavi negotium. Iuraturando Deo pollicere, cuncta ad amulum te facturum, quæ tibi præcepero. Primum: *Non accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaanitarum inter quos habitabo.* Erant illi namque generatio prava peruersa & adultera, ex progenie maledicti Cham, filij patris Noë illusoris, qua de causa maledictionem incurrit & ipse, totaque eius progenies, populus Deo perfidus, unde nec ab illis qui sapiens bonum exspectat aliquid? *Sed ad terram & cognationem meam proficietis, ut inde accipias vxorem filio meo Isaac.* Recogita (inquit D. Ambr.) horum verborum sedulus ruminator: hoc primum esse debere, quod in illa tibi sit spectandum, quam filio tuo destinans vxorem, fidem scilicet, religionem, ac pietatem: quod si hoc attendendum sit in qualibet persona, cum qua societas iungas, amicitia, seu terrenos tuis contractus, quanto potiori iure spectandum hoc esse dicimus in matrimonio: in quo tam stricta concluditur vnio, ut dicatur vna caro, & vnus spiritus. *Primum ergo in coniugio religio quartur.* Hoc attendatur, ut persona sit fide Christiana, de frequentia Sacramentorum alijque pijs operibus laudabilis: *Cognoscamus primo fidem in q̄, quos volumus nobis adiungere: cum sancto sanctus eris, cum peruerso peruerteris, si hoc in alijs quanto magis in coniugio vbi vna caro & vnus spiritus est?*

Huic adiungo D. Chrysostomum: *Vidisti datum Patriarchæ? ne persumptorie pertrahas de illa, sed cogita mentem & proposuisti, quo spectari, attende quod non quærebat substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot, & non extrema vanitatis formam, sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Quæ hæc quæso merum nobilitas? Erat Cham illius populi pater abiectus & seruus, non tam seruitute, & carnis vilitate, quam moribus: quia si naturam spectes, ex eodem patre Noë originem ducebatur ex qua & Abraham, eiusque filius Isaac, & postquam*

IV. Quam illi ex hoc mala.

V. Unde tot in coniugijs infortuna.

Ho. 48. in Ge. n.

Ex A. brahā

condi-

tionis

quantum ad hoc non erant illa mulieres ignobili-
 ores. Sed cum nobiles essent filie abati Noë,
 nobilitate cameli, viluerunt tamen ex patre suo
 Cham vilitate quæ fuit, abiectio morum &
 spiritus, & quæ pessima notatur: unde testatur
 de illis Salomon: *Nequarum est natus eorum, &*
in uerbis inuolutis isophorum. Noli uero de illis acci-
 piat uxorem filio meo, & hoc sit primum &
 maximum tibi mandatum. Bone Deus, exclamat
 D. Chrysofost. quidam pauci hoc modo procedunt:
 cum plerumque primum quod in iungen-
 dis filiis appenditur, facultates sunt, ætas, dignitates, &
 uerba hæc sunt, cætera negliguntur: *Nunc omnes*
tale quid nec cogitant quidem, nam si malis in nu-
meris plena sit, hoc solum inquirunt, quantum abun-
dens pecunias. Non accipiunt uxorem filio meo de fili-
bus Chanaanorum, sed ad terram & cognationem
eorum proficiscuntur. (Mesopotamiam intelligebat)
 ubi populus fidelis, non mei, & amici ea lemomi-
 nes mecum imbuti religione, easque uicini
 consuetudine, nempe patriaria: *Et unde acci-*
piat uxorem filio meo Isaac. Huic quoque posse-
 mus inuicere, hoc solummodo dico, perpende,
 quia exacte secutus fuerit Abraham de matri-
 moniis communiue, prouerbium: Si vis nubere,
 uibe patri. (A)
 Prohærescit itaque seruus, magna comitum
 catena apparuit, secum trahit decem camelos
 onustos diuitijs, quibus honoret, & oppignoret
 puellam. Progreditur, & ad regionem appellit
 Mesopotamiam prope ciuitatem Nachor ubi fratres
 Abrahæ, cum liberis morabantur. Primum Orani-
 potentem inuocat, & seruenti postulat oratio-
 ne, uiam suam dirigat. Supteme Deus, qui sem-
 per negotijs Abrahæ serui tui, & Domini mei
 benignus fuisti: & huic tuum præstas subsidium,
 quod tanti ponderis esse cognoscitur, de quo
 securus hoc copiam signum certissimum: *Eccc*
ego esto prope fontem aquæ, & si hæc habitatorum
hinnuiciniaru ingrediuntur ad hauriendam aquam,
igitur puella cui ego dixero: Inclina hydriam tuam
ut bibam: & illa responderit: Bibo, quin & came-
lu cui dabo potum, ipsa est, quam preparasti ser-
uo tuo Isaac, & per hoc intelligam quod feceris mi-
sericordiam cum Domino meo. O quot uobis hic
 offeruntur instructiones, mazinonijs uestris
 salutes: etenim quam maximi refert, ad felicem
 illorum euentum, primo diuinum nomen inuoca-
 re, postulando, quatenus in eo quod acturus es be-
 nignam superponat manum, ut optatum conclu-
 sio fortitatur effectum: hoc fidelis ille seruus
 perfecit: Domine, meis quælo faueto desido-
 rij.

Verumtamen quærit D. Chrysofost. ut quid, ad
 eligendam coniugem Isaac, & certo cognoscen-
 dum, quam illi Deus prædestinasset, hoc statuit
 signum, ut aquam petenti, redum eam parata
 porrigeret, sed & camelis offerret hauriendam?
 Hæc est ratio, respondet ille: hanc secum ra-
 tionem iussit: puellam quæro filio Domini mei
 Abraham uxorem, quæ ex sancta sit familia o-
 randa: familia, namque Abraham fructus erga
 peregrinos charitate, comiter illos, & humane
 ualde excipit sic ut illis nedum cibum porrigit
 & potum, sed etiam, quod mireris, lauet pedes. Ta-
 li familiae talique sponso benigno, & humano
 peregrinis: talis est quærenda mulier, quæ & ipsa
 sit, erga peregrinos effusa, non saldiola, non par-
 ea, non quæ nauferet aut exhorreat aduenas: *Quia*
sciuit Patriarche hospitalitatem, & quia uirginem
inducendam isstem esse prædixit moribus congrue-
bat. Videamus nunc talibus commendetur condi-
 tionibus: nunc affabilis, comis, liberalis, misericors,
 quæ non desigmetur exhibere, & ipsis etiam ca-
 melis uerbata misericordiam. His occupatus cogi-
 tationibus, & inito, cum diuina prouidentia fœde-
 re; en tibi à longè prodit Rebecca sole uenulior,
 hydriam defrens aquam hauritura, quæ cum di-
 uitem haberet parentem, & in illa regione prima-
 rimum, uile tamen non refugit humilis obsequium,
 O quæ illa tempora, & quæ nostra, & quæ puella-
 rum illius tempestatis, & nostratum consuetudi-
 nes: Ad fontem Rebecca propinquat, puella far-
 mæ elegantia præ cæteris gratissima, composita,
 modesta, matura hydriam implet, humeris im-
 ponit, & domum regreditur, occurrit illi pro-
 genitor Abraham, atque per salutem animæ tuæ
 domina, dimitte de scapulis hydriam, & po-
 tum porrige benigna sitenti. Hoc liberrissime
 fecero, respondit illa maturâ præmitate pacifica,
 & nedum tibi, sed ad fontem recurramus, &
 canales implebo, ut & cameli potum hauriant:
 potum famulo porrigit, ad fontem festina recur-
 rit, (erant autem fontes illi, putei) aquam educit,
 implet ad summum usque canales, ut cameli &
 reliqua animalia adaquentur.
 Rotto dicit Spiritus S. dum hæc illa sedulo
 perscruteret: *Ille autem contemplabatur illam iaci-*
tu. Puella (loquitur D. Chrysofost.) considerabat
 compositionem, honestatem, grauitatem affi-
 bilitati sociatam admirandæ, demissos oculos,
 linguam prudenti silentio coarctatam, manus
 ad opera misericordie quæ superaret dilige-
 ter extensas. Hæc est inquit procurator, ita hæc
 est familiae Abrahæ conuenientissima, & fi-
 lio Domini coniux optatissima, quæ nulla
 de-

D. Ch

XII.

Re

becca

libera-

litas

expo-

nitur.



decentior; ac edite propius, percunctatur cuius
 es filia? ex qua nata progenie? q. d. noscimus,
 si libet religionem, quam profiteris, num ex
 populo fidei, & diuinae legis obseruatore? Do-
 mine mi, filia sum Bathuel, filij Nachor, ex po-
 pulo traheus originem, qui verum adorat Deum,
 vide hoc à te quæro, quandoquidem nobis pere-
 grinus adis, in eum in nostras diuersas ades,
 quas ex Dei benignitate posidemus amplas &
 abundantes, quibus excipi possis hospitio, cum
 famulis tuis & camelis; quinimo & paleas,
 & foenum vberim suppeditabimus animalibus.
 His audicis seruus in genua prociat, in caelum
 oculos attollit, Deo gratias reddit infinitas, quod
 illi, mulierem destinaffet filio Domini sui con-
 iugem desideratissimam: *Inclinauit se homo, &
 procedens adorauit in terram Dominum.* Præcurrit
 XIII. illa famulum ad domum suam dirigendo, pa-
 Quales rentibus, fratribusque peregrini indicat aduen-
 sunt tum. *Vide (ait Chrylost.) quomodo in singulis de-*
 vxores *clarat hospitalitatis alacritatem, verbum mansuetu-*
 elige- *dine.* Faustum hoc igitur est matrimonium, est-
 de. que hic modus agendi cum filijs, ac filiabus ve-
 stris conuenientissimus: mulieres inquirere com-
 positas, honestas, taciturnas, eleemosynarias,
 operarias; quæ non dedignantur, suis ipsæ mani-
 bus fastidiosæ opera exercere pietatis, ac miseri-
 cordiæ: illas, (inquit D. Chryst.) primarias oportet
 inquiras dotes: si namque hæc viâ incederes,
 prægrati tibi ex nuribus bona nascerentur, si-
 cut & huic optimæ vetula: nam quia filiam suam
 homini tradidit pijsimo, vt pote D. Petro, tanta
 illi bona prouenerunt, vt ipse Deus per suas in-
 gredieretur portas, Apostolis sociatus sanctissimis
 qui pro illa quoque sequestres intercederent, &
 cum tam periculosa febri teneretur infirma, salu-
 tem illi Dominus contulerit adeo miraculosam
 in momento temporis, adeoque sortem, vt con-
 tinuo surgere posset, illisque bene sana mini-
 strare.

§. 22. Rogauerunt illum. Magna vi pollet
 oratio communitatis, vt patet in DD. Petro &
 Paulo.

107 46
 Ho. 3.
 de in-
 compre-
 hensi-
 bili Dei
 natura
 uel sua
 simplici.

Rogauerunt illum pro ea. Si vnus (argumen-
 tatur D. Chrylost.) sit tam efficax oratio,
 quid de plurimorum simul censendum erit
 vniuersorum? si vnus quidam esse canabinus adeo
 fortis, vt vnum solum ligando tanto sufficeret,
 quod se nequiret loco mouere, quam vim quæro
 haberent multa alia iniqua copiosa, quæ su-

dentem efficerent instar brachij crassissimi.
 Quo valet robore funis ille canabaceus ligando
 Deo? vel vnum illius filum sufficit illi detrahen-
 do. Vel vna Moysi, vel vna Elize oratio. Non sine
 ratione, in nostra vulgari lectione de sponse la-
 bijs sponsus prædicat: *Laba tua sicut vintoca-*
cina. Secundum Septuaginta, ex Hebræo legitur
 D. Ambros. *Respicula.* Quod id apparet tam exigua
 substantiæ, quam vnus Sancti oratio, quæ vir-
 tutibus percipitur, aut intelligitur, adeo tamen
 efficax ac potens, vt Deum ipsum constringat
 fortissimum. Si vel vnus, quid erit, si multa con-
 glomerentur illa; multi Dei famuli conueniam,
 & in choro, sive sacello rudentem consentent
 multis filijs crassiores: sed eius vobis verba profera-
 mus: *Si omnis oratio tantam vim habet longe magis*
ea, quæ ore multorum prouenit, valere consentaneis,
plus ennumeruo in ea est, & multo audiuit maius,
quam in domestica illa, & priuata. Extra dubium est
 (inquit) quod & ipsi his diebus experti estis, effi-
 caciorem eorum Kege totius Reipublicæ esse pe-
 titiõnem, quam vnus ex ea particularis. Nouisse Simo-
 necostamini, qualiter abluic annis decem, quida-
 buldam captis & excitatis in Republica ledicio-
 nes, cum vnus ex illis datâ sententiâ ad mortem
 raperetur: populus ad compassionem permotus
 ad Gubernatoris domum, cum filijs & mulier-
 bus supplex & medijs accesserit: tantaque fuit
 earum vis lacrymarum, precumque eorum, vt se
 victum esse Gubernator ostenderet, remque à
 morte solutum pristina restitueret benignè liber-
 tati. Quid ergo? num in Deo minoris esse viscera
 misericordiæ iudicatus, si premo illo terrarum
 Principe? nequaquam. *Inter homines populo pe-*
tenti, Rex multitudinis motus, sententiam, quæ
fontes depomit, multò magis Rex calescit.

Huius rei veritas in duobus confirmatur. Pri-
 mô, in eò quod D. Paulus de seipso scribit ad
 Cor. ut huius, quibus pericula significat & lab. res
 quos tales patiebatur, vt se iam inter mortuos re-
 putaret: *In nobis metipsis responsum moris habuit.*
 D. Im-
 mus. Sed quod Deus illum ex omnibus pijs eoru
 intercessioibus incolumem eripuerit. Illos vt
 pro se preces vtrique Deo offerrent D. Paulus
 abnuic rogauerat: quod & fecerunt. Ne credi-
 deritis modicum mihi per orationes vestras ad-
 uenisse beneficium (inquit ille) profectò non mo-
 dicum Deo namque gratias: *Quis ex tantis peri-*
culis nos eripuit, & eruit, a iuuantibus & vobis in
oratione pro nobis. Quis sibi persuadeat, orationes
 Corinthiorum D. Paulo patrocinari? numquid
 eorum vas illud electò onis indigebat orationibus?
 vniuersi eius vitæ prebitas eorum longè metra su-

Bo. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.